

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1252

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

domini 1252, in vigilia Mathie, super palatium parvum<sup>1</sup> presentibus hiis testibus: Albertus Bagere albus, Hezelo de Eckevidesheim, Gozperto ministro fratrum, Rudolfo de Vegersheim, Gozelino, Johannes Vitulus, Burchardo Dispensatore, Heinricho de Wolfangesheim, Heinricho filio Marsilii, Gotzo filius Nicholai, Johannes frater Friderici, Burchardo filio Burchardi Ripelini, Friderico de Ufwilre, Erbone filio judicis, Helferico de Kunigeshoven, Nycholao filio Cānonis, Rudegero filio Ūlrici de Hunesvelt, Wezeloni filio Marsilii.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 23<sup>c</sup> nr. 17 or. mb. c. sig. pend. laeso.*

10 **359.** *Bischof Heinrich von Straßburg beurkundet, daß die Stadt Straßburg von der Familie der Beger den Bannwein, welchen sie von den Herren von Lichtenberg und diese von der Straßburger Kirche zu Lehen hatten, um 400 Mark Silber abgelöst habe und wie die Beger durch Güterübertragungen ihre Lehensherren dafür entschädigt haben. 1252 Februar.*

15 Heinrichus dei gratia episcopus Argentinensis notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis, quod in civitate nostra Argentinensi de vino bannus dabatur, videlicet omni anno a vesperis pasche usque ad sex ebdomadas de qualibet carrata vini una ama, que a cauponibus ibidem medio tempore vendebatur. cum autem eundem bannum Heinrichus de Liechtenberc advocatus Argentinensis et fratres sui a  
20 nobis et Bagarii ab ipsis in feodo haberent, de consensu et voluntate nostra et predictorum fratrum de Liechtenberc predicti Bagarii scilicet Albertus albus et Murhardus, Willehelmus vicedominus et frater suus Wernherus, predictum bannum pro 400 marcis argenti vendiderunt universitati civium Argentinensium sub tali forma, quod in perpetuum civitas Argentina ab eodem banno libera permaneat et  
25 penitus absoluta ita, quod idem bannus nullo modo petatur deinceps ab aliquo vel recipiatur. in recompensationem autem predicti banni prefati Bagarii assignaverunt hec bona predictis dominis suis et ecclesie nostre: videlicet Albertus et Murhardus 30 marcas argenti reditus in Muciaca pro 200 marcis a nobis tytulo pignoris ipsis obligatas, Willehelmus vicedominus noster omnia bona sua in banno medii Hugenberg  
30 bergen sita, scilicet duos mansos et attinentia, Wernherus autem frater suus 44 marcas in Altorf et 50 marcas in Quatzenheim a nobis sibi obligatas. ne igitur hoc factum posterorum cavillatione vel temporis oblivione possit in irritum revocari, presentes litteras sigillo nostro munitas civitati nostre Argentinensi dedimus testimoniales. anno domini 1252, mense februaryo, presentibus multis honestis viris.

35 *S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3<sup>a</sup> or. mb. c. sig. pend. Gedruckt darnach bei Schöpflin Als. dipl. I, 407 nr. 547.*

<sup>1</sup> Bis zum Jahre 1321, wo man die Pfalz auf dem heutigen Gutenbergsplatz baute, versammelte sich der Rath in der bischöflichen Pfalz am Münster. Dozümole hette men den rot und das rothus, do nu ist des bischoves hof, in dem fronhofs berichtet Königshofen gelegentlich jenes Neubaues. (D. St-Chron. IX, 743.) Merkwürdig bleibt die unvermittelte Nebeneinanderstellung des Münsters und der kleinen Pfalz in der Datirung.

360. *Der Straßburger Vogt Heinrich von Lichtenberg und seine Brüder beurkunden den Verkauf des Bannweins durch die Beger an die Stadt Straßburg sowie ihre und der Straßburger Kirche Entschädigung für den Verlust dieses Lehens. 1252 Februar.*

Heinricus de Liechtenbere advocatus Argentinensis et fratres sui notum facimus 5  
omnibus presens scriptum inspecturis, quod nos a domino nostro episcopo Argenti-  
nensi bannum vini in civitate Argentinensi in feodo habuimus: videlicet omni anno  
a vesperis pasche usque ad sex ebdomadas unam amam vini de qualibet carrata  
vini, que a cauponibus ibidem medio tempore vendebatur. cum autem Bâgarii de  
Argentina, scilicet Albertus albus et Murhardus, Willehelmus et Wernherus frater 10  
suus, eundem bannum a nobis in feodo haberent, de consensu et licentia nostra  
ipsum bannum pro 400 marcis argenti vendiderunt universitati civium Argentinensium  
sub tali forma, quod in perpetuum civitas Argentina ab eodem banno libera permaneat  
et penitus absoluta ita, quod idem bannus deinceps numquam ab aliquo petatur  
vel recipiatur. in recompensationem itaque predicti banni prenominati Bagarii nobis 15  
et ecclesie Argentinensi assignaverunt hec bona: videlicet Albertus et Murhardus  
30 marcas argenti reditus in Muciche pro 200 marcis a domino episcopo tytulo  
pignoris ipsis obligatas, Willehelmus vicedominus omnia bona sua in banno medii  
Hugesbergen sita, scilicet duos mansos cum attinentiis, Wernherus autem frater  
suus 44 marcas in Altorf et 50 marcas in Quazzenheim a domino episcopo sibi 20  
obligatas. ne igitur hoc factum posterorum cavillatione vel temporis oblivione possit  
in irritum revocari, presens exinde pagina est conscripta et sigillis videlicet meo et  
predictorum Bagariorum in testimonium communita. acta sunt hec anno domini  
1252, mense februario, mediantibus et adtestantibus hiis personis: videlicet Alberto  
Bâgario albo, Heceleone de Eckevirdesheim, Burcardo Dispensatore, Gozperto ministro 25  
fratrum, Heinrico de Wolfgangesheim, Rudolfo de Vegersheim, Gozelino filiastro  
Vitule, Johanne Vitulo, Gozzone filio Nicolai, Hugone de Scilttenheim, Heinrico  
filio Marsilii, Johanne filio Cûnonis et Burchardo filio Hugonis Riplini consulibus;  
Erbone filio iudicis<sup>1</sup>, Reimboldo Stiubenwec, Friderico inter mercatores, Erbone et  
Reimboldo filiis Nicolai, Cûnrado iudice, Rudolfo filio Lenzelini, Sifrido Bilde, 30  
Hugone Riplino, Petro Napa, Reimboldelino et aliis quam pluribus.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3<sup>a</sup> or. mb. c. 2 sig. pend. Das Siegel des einen Beger ist abgefallen.*

<sup>1</sup> Derselbe wird mit Johanne Nigro in dem Zeugenverzeichniß einer Urkunde von 1252 Juni 19 genannt, die Albertus Begero magister civium et consules Argentinenses ausstellen. Straßb. St. A. 30 Rath- u. Bürgerbuch fol. 10<sup>a</sup> von einer Hand des 16ten Jahr.

361. *Der Straßburger Vogt Heinrich von Lichtenberg und seine Brüder beurkunden, daß Wilhelm und Werner aus dem Geschlecht der Beger zur Entschädigung für den Verkauf des Bannweins an die Stadt Straßburg ihnen und der Straßburger Kirche Güter im Bann von Mittelhausbergen zu Lehen aufgetragen haben. 1252 März.*

Heinricus de Liechtenbere advocatus Argentinensis et fratres sui notum facimus omnibus et presentibus protestamur, quod nos a domino nostro episcopo Argentinensi habuimus in feodo bannum vinarum in civitate Argentinensi. idem autem bannus talis fuit, quod omni anno a vesperis pasche usque ad sex ebdomas  
 10 caupones dederunt de singula carrata vini, quod vendebant, 1 amam vini. Bagarii autem de Argentina, scilicet Albertus albus et Murhardus, Willehelmus vicedominus et frater suus Wernherus, eundem bannum a nobis in feodo habuerunt, quem de consensu et licentia nostra pro 400 marcis argenti universitati civium Argentinensium in libertatem vendiderunt ita, quod in perpetuum civitas Argentina  
 15 libera permaneat ab eodem banno et penitus absoluta. in recompensationem autem medietatis predicti banni Willehelmus et Wernherus prefati fratres assignaverunt nobis et ecclesie Argentinensi omnia bona sua in banno medii Hugesbergen sita : scilicet quatuor mansos proprios et dimidium cum omnibus attinentiis et eadem bona loco banni receperunt in feodum. in cujus rei memoriam et perpetuam stabi-  
 20 litatem presens exinde pagina est conscripta et sigillis scilicet predicti Heinrici de Liechtenbere et predictorum fratrum Willehelmi et Wernheri in testimonium communita. acta sunt hec de consensu venerabilis domini Heinrici de Stahelecke episcopi Argentinensis, anno domini 1252, mense martio, mediantibus et adtestantibus hiis consulibus civitatis Argentinensis, quorum unusquisque per mensem unum  
 25 magister fuit burgensium<sup>1</sup> : videlicet Alberto Bagario albo, Hecelone de Eckevidesheim, Heinrico de Wolfgangesheim, Gozperto ministro fratrum, Burcardo Dispensatore, Johanne Vitulo, Rudolfo de Vegersheim, Gozelino filiastro Hartungi, Gozzone filio Nicolai, Hugone de Scilteneheim, Heinrico filio Marsilii, Johanne filio Cûnonis, Burcardo filio Hugonis Riplini et aliis quam pluribus. nos autem fratres domini  
 30 Heinrici de Liechtenbere, quoniam propter juventutem nostram sigilla propria non habuimus, sigillo predicti fratris nostri in hoc facto contenti sumus.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3<sup>a</sup> or. mb. c. 3 sig. pend. Gut erhaltne Siegel der beiden Beger und Heinrichs von Lichtenberg.*

<sup>1</sup> A. Heusler *Der Ursprung der deutschen Stadtverfassung* S. 200 hat auf Grund obiger Urkunde den monatlichen Wechsel im Bürgermeisteramt constatirt und die Rathsliste mitgetheilt.

362. *Der Cardinallegat Hugo nimmt die Stadt Straßburg von dem Interdict aus, das über alle Orte, in denen sich Anhänger König Konrads aufhalten, verhängt werden soll. 1252 Mai 10 Nivelles.*

Frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbyter cardinalis apostolice sedis legatus dilectis in Christo clero et populo Argentinensi salutem in domino. per sincere devotionis studium apud sedem apostolicam meruistis, ut petitionibus vestris benignum acomodemus auditum et illis exauditionis gratiam, quantum cum honestate possumus, largiamur. sane cum, sicut nobis exponere curavistis, nonnulli milites et cives Argentinenses, qui decem numerum non excedunt, faveant C[onrado] nato quondam Friderici imperatoris paterne nequitie sectatori et in statutis nostris habeatur expressum, quod in locis, in quibus fautores ejusdem C[onradi] moram fecerint, cessari, dum presentes ibidem fuerint, debeat a divinis, nos vestris supplicationibus benignum impercipientes assensum auctoritate vobis presentium indulgemus, ut in ecclesiis civitatis ejusdem, excommunicatis et interdictis prorsus exclusis, non obstantibus hujusmodi statutis, divina valeant celebrari. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. datum Nivelles 6 idus maji, pontificatus domini Innocentii pape quarti anno nono.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2728 or. mb. c. sig. pend. delapso.*

*Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 227<sup>a</sup> des Straßb. St. A. bei Schöpflin Als. dipl. I, 408 nr. 549. — Im Auszug bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 165.*

363. *Arnold Puer verkauft den Dominikanern zu Straßburg seinen zen Wasen benannten Hof daselbst für 40 Mark Silber und für ihren bei der St. Andreaskirche gelegenen Hof, den er gleich jenem von der Straßburger Kirche zu Lehen nimmt. 1252 Juni 4.*

Ego Arnoldus dictus Puer notum facio universis presentibus et futuris, quod de consensu et auctoritate domini mei H[einrici] episcopi ac capituli Argentinensis curiam meam vulgo dictam zen Wasen<sup>1</sup>, quam in feodo ab ecclesia Argentinensi tenebam, cum omnibus suis pertinentiis fratri Helwico priori et fratribus predicatibus Argentinensibus pro curia sua ecclesie sancti Andree contigua, in qua prius sorores sancte Elysaabeth habitabant, ac quadraginta marcis argenti vendidi libere pariter et absolute. curiam vero memoratam cum redditibus predicta pecunia comparatis titulo feodi ac omni jure prioris curie videlicet zen Wasen ab ecclesia Argentinensi recepi exnunc in posterum possidendam. quare ut premissa debitam et inconvulsam obtineant firmitatem, presens instrumentum super hiis confectum prioris

<sup>1</sup> Cfr. nr. 321.

fratrum predicatorum Argentinensium et mei sigillorum appensionibus feci sollempniter roborari. acta sunt hec anno domini 1252, pridie nonas junii, presentibus hiis: domino Berhtoldo decano, domino Heinricho archidiacono fratre suo, domino Alberto de Thalmezingen et aliis quam pluribus dominis meis canonicis Argentinensibus, item domino Rüdolfo de Bacendorf, Gozone de Husbergen, Erbone filio judicis, Rüdolfo de Viegersheim, Gozberto, Heinricho filio Marsilii et aliis plerisque civibus Argentinensibus<sup>1</sup>.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 1690 or. mb. c. 2 sig. pend. laesis.*

364. *Bischof Heinrich und das Domcapitel von Straßburg verpfänden Nicolaus Zorn und Rulin, den Söhnen Hugo Ripelins, zwanzig Mark von der Molsheimer Steuer dafür, daß sie einen Theil einer Schuldsumme an den Grafen Heinrich von Fürstenberg für sie bezahlt haben. 1252 Juni 13.*

H[einricus] dei gratia episcopus et capitulum ecclesie Argentinensis dilectis sibi Nicolao dicto Zorn et Rulino fratribus, filiis Hugonis Ripelini civis Argentinensis<sup>2</sup>, salutem in salutis auctore. cum habito tractatu diligenti promissimus, nos daturos et soluturos certam argenti quantitatem nobili viro domino Heinricho comiti de Furstemberg nostro fideli Constantiensis diocesis pro eo, quod idem in ecclesie universalis negotio nobis laborantibus astitit, quodque jus, si quod habebat vel habere videbatur in Offenburg, Orttemberg, Gengenbach et eorum attinenciis nostre diocesis, nostre cessit et donavit ecclesie libere et in totum et quod suum castrum Kurenburg et oppidum Verenbach Constantiensis diocesis cum eorum attinenciis nostre contulit ecclesie, recipiens eadem videlicet Kurenburg et Verenbach a nobis episcopo in feudum, prestito nobis nomine nostre ecclesie ratione dicti feodi fidelitatis juramento<sup>3</sup>. cumque, dicte quantitatis argenti parte dicto comiti persoluta, pro centum viginti marcis eidem obligaverimus redditus viginti marcarum percipiendos in collecta nostra Mollesheim nostre diocesis singulis annis, quia vos dictas centum viginti marcas dicto comiti pro nobis persolvistis sive satisfecistis pro eisdem, nos tractatu prehabito communi et diligenti redditus predictos viginti marcarum in dicto oppido Mollesheim pro centum viginti marcis, quas pro nobis solvistis, vobis obligantes in dicto pignore vos in locum dicti comitis succedere volumus plene et in totum. et si casu aliquo tantam reddituum quantitatem nos apud Mollesheim non habere contigerit vel impediti recipere eosdem fueritis ibidem, quod minus apud Mollesheim recipietis, in Brussetal, ubi volueritis, in nostris redditibus et villis supplebitur vobis per nos sine qualibet difficultate, quoadusque dicte centum viginti marce vobis per nos integraliter persolute fuerint, qualibet compensatione cessante.

<sup>1</sup> Eine mutatis mutandis gleichlautende Urkunde Bischof Heinrichs von Straßburg über diesen Verkauf, von demselben Tage datirt, befindet sich im Straßb. Thom. A. Dominicans lad. 2 or. mb. c. sig. pend. laeso.

<sup>2</sup> Dieses Zeugniß über die Abstammung der Zorns aus den Ripelins wirft den Zornischen Stammbaum der Genealogen von B. Hertzog bis auf E. Lehr über den Haufen.

<sup>3</sup> Cfr. nr. 343.

nec impediemus vel impediri procurabimus, quominus dictos redditus recipiatis; sed eosdem dari faciemus et curabimus usque ad quantitatis dicte, ut suprascriptum est, plenariam solutionem, renuntiantes omni actioni et defensionem ac juri seu juris beneficio, quo juvari possemus contra vos, quominus suprascripta rata maneat, vel quo contra ipsa venire possemus. in cujus rei probationem presentem litteram vobis tradimus nostris sigillis munitam. datum anno domini 1252, idus junii, presentibus nobis B[ertholdo] decano, C[onrado] de Wolva, E[berhardo] de Sultze, H[einrico] de Ossenstein archidiaconis, E[berhardo] de Entringen, A[lberto] de Talmessingen et aliis quam pluribus.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 3464 nr. 255 aus einem Papier-Copialbuch des Straßb. Domcapitels in der Schrift des 17ten Jahrh.*

365. *Der Cardinallegat Hugo bewilligt der Stadt Straßburg, daß ihr Altar im Münster nur von einem Interdictspruch betroffen werden kann, der diese Indulgenz ausdrücklich erwähnt. 1252 Juli 31 Toul.*

Frater Hugo miseracione divina tituli sancte Sabine presbiter cardinalis apostolice sedis legatus dilectis in Christo magistro, consulibus et universitati civium Argentinensium salutem in domino. multe devocionis affectus, quam ad Romanam habetis ecclesiam, nos inducit, ut petitionibus vestris benignum accomodemus auditum eas, quantum cum honestate possumus, ad exauditionis gratiam admittendo. nos igitur vestris devotis supplicationibus benignum impercipientes assensum auctoritate vobis presencium indulgemus, ut in altari civitatis vestre in ecclesia beate Marie Argentinensis auctoritate litterarum nostrarum vel delegatorum nostrorum divina officia suspendi vel interdicti nequeant absque mandato nostro speciali faciente plenam et expressam de indulto hujusmodi mencionem. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. datum Tulli 2 kalendas augusti, pontificatus domini Innocentii pape quarti anno decimo.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 23<sup>b</sup> nr. 45 or. mb. c. sig. pend. delapso. Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 9<sup>b</sup> ibid. bei Wencker Coll. arch. p. 471 nr. 2. Vergl. F. X. Kraus Kunst u. Alterthum i. Elsaß-Lothringen S. 356.*

366. *Straßburger Synodalstatuten gegen Mißbräuche des Clerus in der Stadt und Diocese Straßburg. 1252 November 5.*

Anno domini 1252, nonis novembris, publicata sunt hec statuta in sancta synodo Argentinensi: [1] prohibemus, ne quis prelatus sive clericus cujuscumque ordinis vel religionis nostre civitatis et diocesis jocularibus et istrionibus aliquid preter victum tribuat. et si quis prelatus cujuscumque religionis vel clericus contra fecerit, prelatum in libra Argentinensis monete decernimus mulctandum a nobis, clericos vero alios beneficiatos sive non beneficiatos a suis archidiaconis in solidis quinque, cum probabilius sit hanc penam circa talia magis timeri. [2] item

prohibemus, ne de cetero elemosinarum questores propter multas abusiones hucusque ab eis propositas in nostra civitate vel diocesi cum quibuscumque litteris nostris vel etiam apostolicis ad proponendum quidquam admittantur, sed per ipsos sacerdotes ecclesiarum parrochialium id, quod in litteris apostolicis super hujusmodi elemosinis concessis continetur et nostris testimonialibus, plene et sine dolo quolibet simpliciter exponatur nec sacerdotes ab hujusmodi collectoribus aliquam partem vel portionem sub pena suspensionis exigant nec fraudem in hiis committant. revocamus enim omnes nostras litteras hujusmodi collectoribus elemosinarum collatas. [3] item prohibemus, ne contra statuta concilii generalis<sup>1</sup> quisquam usurariorum manifestorum nostre civitatis vel diocesis oblationes recipiat vel ad communionem sanctam admittat aut Christiane tradat sepulture. et qui contra fecerit, sciat se restitutum, quod sic acceperit, et nichilominus ab officii executione suspendendum et alias graviter puniendum usque ad satisfactionem condignam. hec autem ab omnibus sacerdotibus parrochialibus in suis ecclesiis publice precipimus singulis diebus dominicis denunciari, negligentes per nos vel archidiaconos eorundem statuente puniri. [4] item scriptores et alios negotiatores honestos nostre civitatis et diocesis clericos in minoribus ordinibus constitutos, nisi habitu, veste et moribus ac tonsura discipline clericali competenti se conformaverint, infra mensem exnunc, quod fieri monemus et mandamus, extunc in foro seculari convenientur. [5] item cum tam dudum monuerimus publice in nostris synodis, ne quis clericorum nostre civitatis vel diocesis secum in domo concubinam detinere presumeret manifeste, et aliqui nostris monitionibus minime curaverint obedire, secundum jurium statuta omnes clericos nostre civitatis sive diocesis, qui secum in domo suas tenent concubinas notorie, suspensos a jure denunciamus mandantes omnibus prelatibus et archipresbiteris, ut concubinas hujusmodi moneant, quod a clericis, quibus cohabitant notorie, recedant infra mensem, alioquin extunc easdem non differant excommunicare. [6] item prohibemus divinatorum artem pestiferam secundum littere hujusmodi lecte tenorem. [7] item cum monuerimus tam dudum abbates et prepositos ac priores nostre civitatis et diocesis, ut proprietarios suos monachos et canonicos regulares ad observantiam regularem inducerent et proprietatis abdicationem, nec ex hujusmodi monitione senserimus profectum, quamvis ex hoc eorundem negligentiam punire possemus, tamen eis deferre volentes iterato monemus et precipimus, ut infra synodum futuram in suis subditis hec corrigere studeant et emendare. alioquin extunc non solum ipsos ab amministrazione removere studebimus, sed et, ne nostre inponi possit negligentie, ad correctionem hujusmodi secundum quod alias debuerimus procedemus. [8] item denunciari precipimus per omnes nostre civitatis et diocesis parrochiarum sacerdotes, fideles non solum ad prediales immo et ad decimas personales teneri.

*T aus Straßb. Thom. A. lad. 13 (Diversa) or. mb. c. sig. pend. laeso. Reste des Straßb. Bischofssiegels.*

*Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 317 nr. 40.*

<sup>1</sup> Canon 67 des Aen Lateranconcils von 1215. Cfr. Richter Corp. jur. canonici II, 787.

367. *Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden, daß die Dorfgemeinde Griesheim die in ihrem Bann gelegenen Güter des Straßburger St. Leonhardsspitals von jeder Steuer befreit habe. 1252.*

Albertus Bâgarius albus magister burgensium et consules Argentinenses subscripti notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis, quod universitas villanorum in Criechesheim prope Tungensheim ad vitandas rixas et discordias de communi consilio et bona voluntate ipsorum omnia bona, que domus hospitalis sancti Leonhardi in Argentina in banno et territorio predictæ ville habere dinoscitur, ab omni exactione et collecta, que ipsi singulis annis pro servitio dominorum suorum vel expensis propriis deinceps colligere et persolvere tenebuntur, exnunc libera dimiserunt ita, quod ipsi vel successores eorum super eadem bona nullas exactiones, collectas vel servitia, quocumque nomine censentur, inponent vel exigent nec inponi vel exigi procurabunt, fraude et dolo penitus exceptis. ad majorem etiam hujus facti cautelam et evidentiam nomina villanorum predictæ ville omnium presentibus litteris sunt inscripta, qui omnes huic salubri facto liberaliter consenserunt: videlicet Sigelo filiaster Hurretzères, Walther senior, Heinricus Rorère, Erbo, Walther junior, Volmar, Verlin, Fridericus puer, Cunradus preco, Burcardus Unfüge, Burcardus de Apiaca, Fridericus Salatin, Rûlinus filius Adelheidis, Bertoldus Deckere, Heinricus Scherphere, Ortolfus filiaster Vulturis, Dietherus Ovenere, Cûnzo Engerman, Sifridus Hoden, Heinricus Pfutze, Cûnradus frater suus, Heinricus de Frankenheim, Heinricus filiaster Discincti, Cûnradus Butel de Gûgenheim, Cûno et Cûnradus servientes cellerarii de Borre. in cujus facti evidentiam et stabilitatem perpetuam presens exinde pagina est conscripta et sigillo civitatis nostre in testimonium communita ad preces predictorum villanorum et hospitalis accidente. acta sunt hec anno domini 1252, in tempore nostri consilii: videlicet Hecelonis de Ekevirdesheim, Heinrici de Wolfgangesheim, Gozperti ministri fratrum, Rudolphi de Vêgersheim, Johannis Vituli, Burchardi Dispensatoris senioris, Gozzonis filii Nicolai, Hugonis de Sciltencheim, Gozelini filiastris Hartungi, Burcardi filii Hugonis Riplini, Johannis filii Cûnonis, Heinrici Marsilii.

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 34 fasc. 9 or. mb. e. sig. pend. laeso.*

368. *Graf Sigebert von Werd bestätigt einen Zehntenerlaß seines Großvaters Sigebert für die Kestenholzer Besitzungen der St. Arbogastskirche. 1252.*

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis comes Sigebertus firmiter credere, quod testatur. non decet nec est conveniens, ut successores et posterius aliquid adtemptent contra benefacta, que sui antecessores et progenitores pie et salubriter in remedium animarum suarum religiosis locis ac venerabilibus inpenderunt. hinc est quod, cum olim felicis recordacionis comes Sigebertus avus meus de consensu patris mei comitis Heinrici tunc viventis terram ecclesie sancti Arbogasti sitam in banno ville Kestenhûlsz, quam tunc ibidem habuit ipsa ecclesia vel inposterum esset habitura, ab omni decimacione, que ad ipsum avum meum